



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Dig. 19 [i.e. 16]. De phantasiæ definitione, ad tex, eundem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

Digressio XVI. Quae phantasiae natura, definitioque consideratur.

Phantasiae definitio.

Ergo ut ad phantasiam, de qua principio dicere aggressus eram, reuertatur oratio; si eam Philoponus facultatem esse definiuit sensilium formarum per sensum susceptricem; sensiles formas non eas intelligas, quae ab obiectis immitti creduntur & imprimi. Non enim formaliter definiretur phantasia, ut à communi sensu distinguitur. Immo ne facultatis quidem omnino, quae idem eum illo sit, definitio foret. Si quidem impressio illa non in facultate, sed in organo fiat: et quae forma in organo corporeo, non in sentiēte facultate suscipiatur. Verum quomodo sensu uniuersè antea dictū est facultatē esse sensilium formarū susceptricē sine materia, eodē phantasiā quoque illas suscipere intelligendū est. Nimirū quatenus actione eam suscipit, quae phantasia potius sensilis rei forma producitur. Hoc solū intererit, quod sensus immediatē à sensili obiecto, phantasia intercedēte sensu formā eā suscipit. Aut à seipsa potius promit facultas utraque; sed altera immediatē circa obiectum praesens, altera interueniente sensu operatur atque in seipsa illius formam cognoscendo traducit. Neque Theophrasti sententia praetermittēda est. Is cum in cap. 14. anuli figuram suam tam intimè imprimētis in cera, ut ab hac obfignata aēr quoque obfignetur, proposuisset exemplum impressionis illius, quae ab obiecto fit in sensum atque à sensu in phantasiā: Sed haec quidem, inquit, passionēs sunt in animatorum corporum; in animatis autem secus res habet. Nam ab his pati agere potius est & perfici. Perficitur autē phantasia à sensu in actum procedens, sicut sensus sensilibus. Quibus verbis planè significat passionem & susceptionem secus omnino in cognoscentibus & inanimatis intelligendas esse: atque haec quidem pati & suscipere formam aliudē impressam; illa verò à seipsis expressam potius & productam. Eadem Simplicio & Prisciano sententia. Sed quoniam pluribus haec de re in superioribus dictum est, solam adferam ipsiusmet Philoponi interpretationem. Sic enim idem ipse auctor interpretatus est. Quando autem dico phantasiam esse sensilium formarum susceptricē, ne putes ei typos à sensilibus imprimi (à secundis enim delerentur primi typhi) sed tantum rationes suscipit; eorū scilicet cognitiones. Quocirca eodem prorsus modo, quo sensus ab obiecto mouetur, phantasia quoque à sensu moueri dicitur. Non inquam naturalis & propriè dicto motu: sed quatenus ille à praesente obiecto, haec ab antecedente sensus cognitione prouocatur atque ad operandū excitatur. Quam ob causam non absolutè motū, sed quendam motū dixit. Sicut & in 2. lib. sensū non absolutè passionē, sed passionē quandā, hoc est minus propriè esse constituit. Et praeterea uerbū (videtur) apposuit (motus, inquit, quidā uidetur esse). Motus enim hic transitū quemuis à potestate ad actū significat. Et sensus cognitio forma quaedā est obiecti cognitio: quae phantasia proposita non minus illa potest ad actionem suam, hoc est phantasmatis formationem ac comprehensionem, excitare; quam realis ac naturalis forma sensui proposita ad sensationem illum extimulauerit.

Cognitiō gradus.

Per hocce nāq; gradus ascendit cognitio nostra, materialem formā paulatim eleuās atq; ad imma-

Ateriale prorsus intellectōnis cōditōne traducit formam in quā materiali, quae in corporib; coheret ad formā cognitā in sensu, ab hac ad formā à phantasia productā, quā phantasia dicim; ab hac demum ad intellectilem formā, quae est ipsa intellectō remota. In intellectu existit modus essendi eiusdem rei. Primum in seipsa seu in materia; dein de in cognoscēte. Alter naturalis & materialis: alter secundū esse cognoscētū & absque materia. Atq; hic rursū est triplex in sensu, in phantasia, in intellectu. In quibus triplex forma; sensio, phantasia, intellectio. Quibus plurima atq; admirabili uarietate pingitur ornatur anima cognoscendo; multoque nobiliori, quā natura. Quare cum haec omnes facultates cognoscentes optimè inter se conueniant & ordinatae; quod accepit una, illud tradit altera; solusque sensus circa externum incumbit obiecto; atque ab eo mouetur; phantasia & intellectus circa internum. Illa circa id, quod sensus comprehendit: hic circa id, quod phantasia proponit. Quis sit, ut sensus praesentia sola perueniat; phantasia & intellectus absentia quoque. Ceterum enim sensus ad exteriora porrigatur, phantasia & intellectus circa interiora uerentur; in seipsum assumpta fuerint atque interius traducta; comprehendunt utique possunt etiam exteriora remouentur obiecta. Atq; hoc est, quod sensum actu operantem, hoc est cognoscentem & externum obiectum interius allumentem, requirit Philosophus, ut quā operetur phantasia. Nam propterea quatenus est cœcus aut surdus, de coloribus aut sonis imaginari nil potest. Eandemque ob causam phantasia actu operante opus est, ut operetur intellectus. Verū si sic deinceps semper esse potest, res antea seipsum percepta seipsum post formatam phantasia; phantasia à sensu moueri in initio duntaxat operationis intelligendum fuerit, ut ea nequeat operari, nisi operatus antea fuerit sensus. Idque tum propter ordinem inter cognoscentes facultates sensilium, tum propter naturam illius propriam, quae cum ad exteriora non extendatur, prouocet sensum, quo exteriora illa obiecta intus allumentur. Post uerò etiam sensus actu non sit, operabitur, sola hac antecedente sensus cognitione disposita. Vtrumque ex superioribus colligebatur & in prima etate phantasiam non esse dicebatur, quod ea esse nequeat, nisi antecesserit sensus. Et rursū tum in somnijs dum dormimus, tum in uigilia dum oculos claudimus, illam operari, eam sensus omnino celsè. Etenim illud quoque quod de intellectu dicitur, eum indigere phantasia; de intellectu, qui potestate sit, quique in rerum cognitionibus sibi comparandis ueretur, intelligitur. Qui enim actu consideratur aut cognitiōnem habitū adeptus est, postquam fuerit singula factus, ut uerbis utar Philosophi, per se ipsū operari potest. Itaque intellectui & phantasiae commune fuerit in initio egere sensu, ut ad operandum excitetur; tum uerò etiam sine sensu operari posse. Verū hoc differunt, quod intellectus ad formas & materia absolutas corporeoque typo carere potest; transit; quod eiusmodi ipse facultas sit. Phantasia in natura corporea & corporei typhi habente, quae admodū ipsa materialis est & corporea, dormiens semper: ut si uel ea, quae immaterialia sunt & a corpore soluta, imaginetur, per figuras & corporeas formas illa sibi proponat.

At enim

Digressio XVI

At enim si hoc est phantasia, quod Aristoteles definiuit; duae statim seles offerunt non contemnenda difficultates. Altera; quod imaginamur multa, quae nullo sensu fuerunt comprehensa; vt hircoceruum, montem aureum, & id genus plurima. Inter dormiendum vero quam saepe somniamus ea, quae aspeximus nunquam nec alio hausimus sensu? Quomodo igitur phantasia motus est a sensu factus? Altera; quod tota haec definitio communi quoque sensui communis est. Quippe qui ab exterioribus sensibus permouetur atque per eos sensibilem formas suscipit.

Quibus respondendum est; quidquid effingit phantasia, principium habere a sensu: verum eam maiore, quam sensus, libertate vti. Vt cum sensus vera solum & ea, quae sunt, suscipiat atque illi proponat: ipsa a veris & existentibus mota & excitata, falsa item & ea, quae non sunt, fingere valeat. Si nunquam vidimus hircoceruum, montem aureum, saepe vidimus hircum & ceruum, saepe montem & aurum. Ab his igitur simplicibus formis per sensum phantasia mota coniungere illas potest si bique alia quaedam effingere. In somno autem, vt antea dictum est, efficacior euadit multo; impeditis & cessantibus sensibus, a quibus inter vigilandum distrahebatur magnopere: totaque ad vnicam illam functionem collecta anima, liberius multo potest ea coniungere ac variis modis formare, quae per vigiliam hausit. Praesertim vero cum eo tempore vigente calore ac plurimum coequente, vehementior sit vaporum motus in corpore & animali spiritu: quo turbulentiore facto vel minima videntur esse maxima, si aut pituita defluxione, aut humore quouis excedente, aut parte corporis quapiam calidiora facta, aut quoquo modo tacta, aut tenuiore sono in auribus excitato, vel leuissimus tunc in sensu corporealis motus fiat: ad mira protus fingenda prouocatur. Haec prioris dubitationis solutio est.

In posteriore autem permulti laborant, qui sensum, a quo phantasia dicitur permoueri, exteriorem interpretantur. Quate cum id communi quoque sensui videant esse commune, quod de phantasia dicitur; Aristotelicae definitioni adunt ex tex. 162. (secundum quam animalia viuunt) aut (similis sensibus). Quod dum faciunt, mancam & imperfectam philolopi definitionem proclamant. Ergo cum in superiori tota disputatione, qua phantasia probauit sensum non esse, tum exteriores particulares, tum interiorum communem comprehenderit; omnem inquam facultatem, quae circa praesentia solum versatur; vterque hoc quoque loco intelligendus est. Atque ita Philoponus & ceteri Graeci interpretati sunt. Non solum enim exteriores, sed & interiorum cum illis operantem phantasia supponit. Immo communem magis, quae proximè & immediatè consequitur. Praesertim cum ab eo potissimum distinguenda phantasia esset. Quocirca propria illius est haec definitio (Motus factus a sensu actu. Nam intellectus praeterquam quod minus proprie motus diceretur; non a sensu, sed a phantasia potius excitatur. Sensus communis ab exterioribus quidem particularibus mouetur: At illi exteriores & particulares sunt, absolute sensus non sunt. Dicetque sensum quidem communem esse motum ab exterioribus & particularibus sensibus factum; sed absolute & vniuersè motum esse a sensu factum non dices. Deinde

communem sensum, qui accurate & subtiliter loqu. voluerit, non affirmabit a particularibus sensibus aut per eos inter medios moueri: sed simul cum illis operari. Mouetur namque a praesente obiecto, dum ipse quoque non nisi circa eadem illa praesentia versatur, in quae particulares incumbunt sensus. Siquidem haec simpliciter & seorsim hi apprehendunt; ille simul percipit distinguitque. Phantasia verè a sensu & per sensum mouetur: quoniam absentia considerat, atque antecedentè sensus cognitionem supponit, actumque sensu posteriore habet. Vt dum moueri a sensu dicitur, tum causam mouentem, tum temporis ordinem, hoc est post sensum, intelligere liceat. Primum enim sensus obiectum praesens comprehendit; tum illius phantasia & imaginem interius sibi phantasia effingit.

Haecenus certè phantasia a communi sensu discernere facile est; quatenus hic circa praesentia solum versatur, illa circa absentia item omni sensu cessante operantur. Difficilius multo, cum sensibus adsunt sensilia, praesentiumque nobis efformamus simulachra. Themistium merito reprehendit Philoponus phantasia dicentem simul tunc & eodem tempore operari cum sensu. Nam si rem vt est consideres, nec circa idem omnino versari, nec eodem tempore operari eam intelliges.

Sensus in externum incumbit sensile atque ab eo mouetur: phantasia in interiorum illam formam, quam suscepit sensus. Illius operatio antecedit, a qua moueri phantasia oportet: post operatur & ipsa, licet sensibus adhuc praesens obiectum, perseueret. Quod per omnes horas experipur in nobis, dum oculis fixis intuemur quidpiam. Quippe non simul videmus & imaginamur; sed vnum necessarib supponit alterum. Primumque oculis formam illius suscipimus, deinde phantasma interius formamus. Et quamuis perseueret visio; prior tamen illa antecessit sensio, quae phantasia mouit. Hoc verò confirmant ea, quae apud Aristotelem legimus. Vt illud in cap. 8. libri de sensu & sensili; plura simul sentiri non posse; quoniam maior motus minorem impedit & excludit. Vehementiorem autem sensus, quam phantasia, motum esse; ostendit illud, quod est in cap. 3. libri de somniis: Vbi vehementiorem inter dormiendum phantasia esse, hoc ostenditur argumento; quod haec dum vigilamus, a vehementioribus sensuum motionibus obscuratur. Et in libro de diuinatione per somnum cap. 2. idiotis hominibus diuinationes aut per somnum accidere: & ecitaticos futura praesagire; quod illorum mens vacua sit, minimeque curis & occupationibus occupata facile quavis motione impellatur: hi verò propriis motibus non infestentur, & ideo incurrentes externos facilius sentiant. Ex quibus omnibus constat functionem vnam animae alteram impedire; nec eam simul posse exquisitè sentire & accurate imaginari, sed vnam harum operationum antecedere, alteram subsequi. Verum quae post haec de operatione hac ipsa phantasia subiungat philosophus videamus.

Et in libro de diuinatione per somnum cap. 2. idiotis hominibus diuinationes aut per somnum accidere: & ecitaticos futura praesagire; quod illorum mens vacua sit, minimeque curis & occupationibus occupata facile quavis motione impellatur: hi verò propriis motibus non infestentur, & ideo incurrentes externos facilius sentiant. Ex quibus omnibus constat functionem vnam animae alteram impedire; nec eam simul posse exquisitè sentire & accurate imaginari, sed vnam harum operationum antecedere, alteram subsequi. Verum quae post haec de operatione hac ipsa phantasia subiungat philosophus videamus.

DDDD ij

vt phantasia format multas, quae nullius percipiuntur sensus.

A quo sensu moueri dicitur phantasia.

Phantasia & sensus communis distinctio.

Phantasia format multas, quae nullius percipiuntur sensus.

TEXTVS.

Καὶ πολλὰ καὶ ἀνίμα καὶ πατιῶν καὶ φαντασιῶν τῶν ζῴων, καὶ εἴδη
ἃ ἴδιον ἔχουσιν, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτοῖς διὰ τὴν φύσιν.

Et multa per ipsam & facere & pati quod eam habet:
esseque & vera & falsa. Hoc autem propter hoc euenit.

COMMENTARIVS LXIII.

Quoniam postrema hæc verba (hoc autem propter hæc euenit) aut ad antecedentia referri queunt , aut ad subsequenta : duobus item modis hunc locum accipies . At tanquam ex superioribus deductum , aut quasi absolute propositum . Vtroque modo perbellè accidit , propositaque definitioni adiungitur . Sane in tex. ii. primi huius operis libri , & tex. ii. lib. quarti Physicorum bonæ ac scitæ definitionis traditum est illud argumentum esse ; si ex ea cognosci facile , & colligi possunt ea , quæ rei definitæ insunt . Nunc igitur post phantasie propositam definitionem quadam commemorat , quæ illam consequuntur atque ex definitione posita intelliguntur , aut etiam nascuntur . Et quoniam bonæ definitionis illud item est , ut res , quæ definita est , separetur à cæteris ac distinguatur ; simul etiam significare voluit , quomodo phantasia distinguatur à sensu . Quod certè faciendum erat magnopere : siquidem tantam habet cum eo cognationem , ut & definita fuerit motus à sensu factus ; & solis insit sentientibus , nec sine sensu ; & circa sola sensilia , quemadmodum sensus , occupetur ; ac demum persimilem illi motum habeat .

Phantasia cum sensu cognatio.

Duo itaque siue colligit , siue affirmat . Primum est ; animalia , quæ phantasiam habent , multa per eam facere & pati . Alterum ; eam esse veram & falsam : non quidem simul & eodem tempore (namque hoc fieri non potest ; & hoc ipso argumento non multò ante probatum est sensus eam & opinionis complexionem non esse) sed interdum veram , interdum falsam . Horum enim vtrumque propter hæc , quæ in inuestiganda & colligenda illius definitione dicta sunt , nimirum euenit , aut certè ex illis intelligitur . Quoniam inquam phantasia motus est à sensu factus , multa per illam & facimus & patimur . Patimur , dum ea à sensu mouetur : facimus , dum à sensu excitata effingit sibi similes mulachra multa , vel earum rerum , quæ non sunt . Quare cum non solum ea , quæ sunt ; sed ea etiam , quæ non sunt , imaginari possimus ; ab illis , quæ sunt , patitur phantasia : quoniam ea per sensum suscipit atque ab illis verè mouetur . Ab iis verò , quæ non sunt , pati nõ potest : sed illa facit ipsa & efformat sibi .

Quo modo phantasia patitur & agit.

Simplicius autem quodam alio intellexit modo . Pati quidem , quoniam mouetur à sensu ; facere autem , quia cum fuerit mota , excitatur quoque à se ipsa , nec solum patitur motionem sensus suscipiendo , sed agit quoque cognoscendo atque actum suum promendo . Cæterum hoc phantasie proprium & peculiare non est : sed sensus item patitur ab obiecto , & ad illius cognitionem à seipso excitatus agit . Ad rem magis illud videbitur ; eam facere , quia mouet animalia plurimarumque in illis operationum principium est . Immo Philoponus

A & facere & patianimalia dixit per phantasiam, dum per illam operantur. Et idè multa, & non omnia: quoniam alia permulta non per illam sunt. Siquidem & animalia quadam ea carent: & illa ipsa, quæ habent, non per eam operantur & patiuntur permulta: vt cum dormientes aut etiam coeutes emittunt semen. Verum ne id quidem ad hunc fortasse locum pertineat. Si quidem paulò post subiicitur, multa per illam operari animalia: neque credendum est tam breui oratione bis idem repeti.

Dixit Philosophus, non omnia, sed multa. Neque quoddam perfecta hæc & distincta phantasia, de qua nunc sermo, quæ que formare phantasmata potest, non omnibus animalibus insit (aperitè namque de illis solis loquitur, quæ illa prædita sunt; hæcque multa facere affirmat ac pati). Sed quòd non omnia phantasmata moueatur à sensibus: verum quædam alia integrum illi sit fingere; vt cum hircoceruum aut hippocentaurum efformat. Multa igitur per eam patimur, dum ea, quæ sunt, & à quibus per sensum mouemur, imaginamur. Et multa item facimus; dum alia, quæ non sunt, ipsimet fingimus. Quòd si quis Philosophum obicit non de actione & passione phantasia loqui; sed illius, quod phantasia habet: meminerit is iam pridem affirmatum fuisse in tex. 66. lib. primi, cogitare, amare, odire, aliaque id genus operationes non animæ, sed habenti tribundas esse. Hanc opinoregorem esse horum verborum sententiam.

Ex qua alterum quoque illud consequitur, phantasiam interdum veram esse, interdum falsam. Veram, cum sensum sequitur eaque format, quæ sunt, & ad quæ mouetur à sensu: falsam, si alia quæ sensus quæ non sunt, ipsamet fingat. Veram inquam, si hircum aut ceruum, equum aut taurum comprehendat; quoniam tale huic phantasmati respondet animal in natura: falsam, si hircoceruum aut hippocentaurum, & omnino coniuncta, quæ in natura subsistunt separata.

At cum lineam latitudinis indiuiduam, punctum impartibile, globum tangentem planum in puncto imaginamur; verane an falsa fuerit phantasia: verum utique. Nam principis hæc mathematicæ disciplinæ, quæ verissima sunt ac certissima, vnum plurimum, iisque ferè consistunt. Quippe etiam in naturalibus corporibus non ita coherere ea tamen est linea, ea puncti, globi & plani natura. Falsa esset, si ita in rebus existere imaginaretur: quoniam secus, quàm est, imaginaretur. At dum abstrahimus ab existentia, solamque harum quantitatum naturam talem, qualis ipsa est, imaginamur, verè profectò imaginamur.

E Iam verò his ipsis duabus rebus, quæ commemorata sunt, à sensu distinguitur phantasia. Primum, in præsentibus solum, & iis, quæ sunt, mouetur & patitur sensus. Nihil ipse aliud effingit; neque ea, quæ non sunt, comprehendit. Deinde neque verus est & falsus; sed semper verus, aut vix inquam falsus. Hoc enim est, quod statim subiungit.

TEXTVS.

Ἡ αἰσθητικὴ τῶν φησὶ τῶν ἀναδεσθῶν, ἢ τῶν ἀντιθέτων ἴδῶν.

Sensus propriorum quidem verus est, aut minimè falsus.

COM.

COMMENTARIUS LXIV.

Verba illa proximè superiora (hoc autem propter hæc euenit) tum ad antecedentia verè dixi posse referri, tum ad consequentia. Ad antecedentia quidem; tum quòd illa duo, quæ de phantasia post eius definitionem adiunxit, ex ea pendunt definitione: tum quòd in textu quoque 158. simili loquendi modo vsus est; quem ad antecedentia pertinere certum est. Hoc modo si ea accipiantur; quæ nunc sequitur oratio, explicabit in modum, quo ad veritatem & falsitatem se habeat sensus, quòque hæc ex parte distingatur à phantasia, quam veram & falsam esse absolute prodidit. Ad consequentia verò si eadem illa verba trahantur, id fortasse oratio hæc significabit; quæ tam est absoluta & omni carens particula, quæ copulandi & continuandi vim habeat; vt si antecedentium probatio esse videatur, verbaque illa subsequente hanc explicationem respiciere; optime & cum superioribus coherere, & accomodate exponatur.

Phantasia est falsitas

Quod ergò phantasia dixerat veram interdum esse, interdum falsam, explicare nunc aggreditur. Simulque ostendit quemadmodum ea hoc nomine à sensu differat. Quod eò magis explicandum erat, quòd cum phantasia antea probaret nec sensum esse, nec scientiam, nec intellectum; hoc argumento non semel vsus est; quoniam sensus, scientia, & intellectus semper sunt veri, phantasia saepe falsa; neque huius rei causam vniquã aperuit. Cum autem tria potissimum in ea considerentur, Primum motio & excitatio à sensu facta. Deinde operatio, quæ à propria ipsius virtute proficiscitur. Postremo obiectum, circa quod ea versatur. Sane ex his omnibus eius, quod quæritur, ratio adferri poterit. Tum inquam ex propria ipsius vi & natura: Tum ex obiecti, in quod incumbit, conditione: Tum demum ex eo, quòd mouentem & excitantem sensum sequatur. Ex propria quidem virtute; quoniam liberior multò est, quam sensus. Quippe hic præsentia solum & ea, quæ sunt in tueri, illa fingere quoque potest absentia & quæ nunquam subsistunt. Ex obiecti autem conditione; quia mutabile est & inconstans; dùm sensu præsens antea perceptum absens post phantasia cognoscitur; hæc fit, vt mutatum sit, nec eodem tunc se habeat modo. Duas hæc rationes philosophus prætermisit hoc loco. Siue quòd satis antea explicata fuissent, dum phantasia à sensu diuersam esse probaret. Siue potius quòd phantasia non quouis modo consideraret; sed solum vt est motus à sensu factus: atque ex ipsius definitione proposita rationem eorum, quæ insunt illi, vellet exponere. Tertium igitur caput accipit; atque ex eo, quòd mouetur à sensu, isque motus sensui similis est, ita ratiocinatur. Phantasia mouetur à sensu eumque mouentem sequitur; similis illi efficitur, & eadem, quæ sensus, percipit: sensus interdum verus est, interdum falsus; igitur illam quoque tum veram tum falsam fieri necesse est.

Sensum porò vt ostendat quomodo verus sit & falsus; vtque hoc cum eo constet, quod sapius antea dictum est, & verò etiam adductum ad probandam phantasia sensum non esse; sensum inquam

A semper esse verum: triplex obiectum sensus accipit in superioribus sapius distinctum; proprium, commune, & ex accidenti. Circa quæ ita versatur, vt circa propria non semel antea & in libro de sensu & sensibili ca. 4. & in tex 24. lib. 4. Metaph. & aliis in locis absolute dicatur semper esse verus, nunquam falsus. Nunc autem caute magis loquens, inquit Philoponus, aut semper verus esse, aut vix & quam rarissime errare affirmetur. Ego vtrumque verum esse arbitror. Nam si organum & medium bene habuerint, fueritque distantia mediocri, & quantitas item obiecti conueniens; semper vtique verus erit. Si quid tamen eorum defuerit, interdum falsus. Neque enim omnes erroris causas Philoponus attigit, cum obiecti paucitate proposuit. Siquidem præter hanc organi quoque prauam dispositionem habes in tex. 104. cum ægotantibus dictum est omnia videri amara, quòd huiusmodi humore persusam habeant linguam; solemque propter nimiam distantiam videri pedalem, non multo antea prodidit. Quin & medium sensionibus varietatem magnam & interdum errorem adfert manifestum est; cum remum in aqua fractum iudicamus. Propterea verò alibi absolute semper verum, hic interdum falsum dixit; quòd alibi eum absolute & secundum suam naturam operantem considerauit; errorisque causam vidit penes ipsum non esse, cum sit semper aptus bene operari; si ea, quæ adesse oportet, opportuna adsint. At nunc non absolute & quatenus suapte natura comparatus est ad operandum; sed vt re ipsa operatur. Vbi errorem nonnullum obuenire animaduertit; non ipsius culpa, sed eorum aliquo, quæ ad operandum necessaria erant, subtracto. Quare culpam, quæ illius non est, aliis in locis, vbi de ipso absolute agebat, prudenter prætermisit. Nunc autem non item. Quoniam ad phantasia in errorem inducendam perinde erat; huc ipsius, siue alterius culpa erratum fuisset.

Sensus ut semper verus, nisi interdum falsus.

D TEXTVS.

ἄνθρωπος δὲ, τὸ ἴδιον οὐκ ἐπιβάλλεται καὶ τὸ αἰσθητὸν καὶ ἀσθητὸν ἴδιον ἢ ἄλλοτιναι διακρίσειν. Ἐν δὲ τῷ αἰσθητῷ, ἢ διακρίσει τὰς εἰς τὸ αἰσθητὸν ἀλλοτρίαι, καὶ ἄλλοτιναι.

Secundo autem loco eius, cui & hæc accidunt. Et hic iam contingit esse falsum. Quod enim album sit, non est falsus. Si vero album hoc aut aliud quiddam, falsus est.

COMMENTARIUS LXV.

Secundo loco sensibile illud adfert, quod ex accidenti sensibile dicitur. Hoc inquam secundo loco commemorat ante sensibile commune, quod item est per se; quoniam sensibili proprio definiendum erat. Quippe sensibile ex accidenti definit esse id, cui propria sensibilia accidunt. Hoc autem est individua substantia, vt Græci omnes intellexerunt. Nam etsi duplex ex accidenti sensibile traditum fuerit in tex. 134. tum substantia, tum sensibile propriū vnus sensus comparatione alterius. Nec solum substantiæ accidens, sed accidenti quoque substantiam, & vni accidenti aliud accidens dicamus accidere; vt tum eo loco, tum ad textum 65. adnotauimus. Nunc tamen solam substantiam intelligi

Sensibile ex accidenti quid.

DDDD ij

manifestum est. Quia si proprium sensibile vnius sensus comparatione alterius intelligi voluisset, non dixisset (cui hæc accidunt) omnia scilicet sensilia propria : sed potius (cui horum aliquid accidit) Illud etiam huius rei fuerit argumentum, quod vt hoc loco subiungit, circa sensibile hoc ex accidenti errare sensum; ita etiam dixerat in tex. 63, immo ex illo priori loco acceptum videtur. In quo sanè de sola substantia sermo est. Tum quod verba illa (non erat, quod color sit, sed quid sit coloratum) substantiam apertè corpus coloratum significant. Tum quod substantia est, quæ sensibili vniuersè considerato, de quo ibi agebatur, accidit: vnum autem sensibile proprium si alteri accidat, non vniuerso, sed huic vel illi sensibili accidit. Et certe cum neque ibi, neque hic de sensibus in specie, sed vniuersè solùm ageret; satis erat illud solum ex accidenti sensibile adferre, quod sensui accidit vniuerso; prætermisiss illis, quæ huic vel illi sensui accidunt. Præsertim cum ea propriorum sensilium nomine fuissent iam comprehensa. Cumque dictum esset, errorem in illis vix obuenire; non poterat statim absolute addi, in illis iam falsitatem contingere. Nam qui in illis fallitur, aut est proprius illorum sensus, comparatione cuius ex accidenti sensibile est; aut sensus vniuersè sumptus, aut communis interior sensus, aut phantasia, ad quam tota hæc consideratio refertur. Proprius illorum sensus, aut semper verus est, aut rarissimè falsus. Alter particularis sensus nullum circa illa producit actum, nec omnino cognoscit, neque verè neque falsò. Siquidem nulla facultas nisi circa suum obiectum agit. Sensus vniuersus, aut is, qui communis est, aut demùm phantasia, decipi & errare non possunt, vbi exterior & proprius sensus fuerit verus. Nullo igitur modo de illis, sed de substantia, velut propriorum subiecto, intelligenda sunt illa verba. Quod ea planè confirmant, quæ velut ad illorum interpretationem subiiciuntur; iis proprius similia, quæ ex textu 63, paulò ante posita sunt. Quid enim illud? (quod album sit, non est falsus; si verò album hoc aut aliud quidpiam, falsus est). An non subiectum albore delinitum significat? Quod in priore loco coloratum, hic album nominauit. Album inquam verè cognoscit; sed errabit fortasse putans esse lac, & erit spuma aut nix: vel credens esse Socratem & erit Plato.

TEXTVS.

Ἐστὶν δὲ τὸν κατὰ τὸν ἑαυτοῦ τοῖς συμβεβηκόσιν οἷς ἑαυτοῦ καὶ ἰδίᾳ. καὶ τὸν δὲ οἷον κινῆσι καὶ μέγεθος, ἃ συμβεβηκὼς τοῖς αἰσθητοῖς, ἀπὲρ ἂν μάλιστα ἔδωκεν ἑαυτῷ εἶναι καὶ τὸ αἰσθητόν.

Tertio autem communium & eorum, quæ accidentia sequuntur, quibus insunt propria. Vt motum inquam & magnitudinem, quæ sensibus accidunt. Circa quæ maximè iam sensus errare potest.

COMMENTARIVS LXVI.

Tertio tandem addit sensilia communia, vt motum & magnitudinem. Hæc autem definit

esse, quæ accidentia sequuntur; hoc est quæ in diuidua substantia insunt, quam ex accidenti sensibilem esse dixit. Propterea enim ne accidentia propriè intelligeres; sed ea, quæ ex accidenti sensilia sunt; adiunxit illud (quibus insunt propria. Iaque minimè accommodatè interpretatus est hanc locum Themistius; cum communia hæc sensilia *συνβεβηκόσιν*, hoc est propriis appensa & annexa dicens, accidentia exposuit sensilia propria. Tum verò si addideris ea, quæ in tex. 135. habita sunt; cognosces profectò communia hæc sensilia duobus modis consequentia appellari. Tum comparatione propriorum, cum quibus semper coniuncta sunt, quorumque primò cognitorum cognoscitur nem velut secundariò sensilia consequuntur. Sic enim priore illo in loco *ἀπολλύμενα* nominauit, vt maxime verba illa restantur; *διὰ τὸ ἀεὶ εἶναι ἐκείνῳ αἰσθητῷ*, quod simul vicissim se consequuntur color & magnitudo). Tum verò substantia quam consequuntur. Eri debet inueniri nunc dicuntur. Et ex omnibus motus & magnitudo nominantur; quia sunt prima naturalium & sensilium corporum accidentia; ille ratione forma, hæc materia. Atque ad illa reuocantur cætera, ad motum quies, ad magnitudinem figura, vnitates & numerus.

Cæterum verba illa (circa quæ maximè iam sensus errare potest) difficultatem habent. Cum enim sensilia hæc communia afficiant & moueant sensum, quem nullo modo afficiunt nec permovent ea, quæ ex accidenti sentiri dicuntur; quoniam modo maximè circa communia erret sensus? Deinde in tex. 135. ea nobis certiora esse hoc argumento affirmavit, quòd pluribus sentiuntur sensibus. Propterea Simplicius hæc verba non de solis communibus cum propriis & iis, quæ ex accidenti sunt, comparatis; sed tum de illis, quæ ex accidenti sentiuntur, tum de communibus per comparationem ad propria interpretatus est: circa hæc inquam duo sensilium genera maximè sensum errare, vix vquam circa propria. At illud obstat, quòd de illis, quæ ex accidenti dicuntur, affirmatum iam fuerat, circa ea errare persæpè sensum; nec erat opus iterum dicere. Quin potius vt de illis seorsim dixerat, ita & de communibus dicendum seorsim relinquebatur. Verius ergò Themistius & Philoponus de his solis intellexerunt. Et apud Themistium quidem erroris tempus, & causam reperies; cum id, quod plurimum sensuum opus erat, eorum vni cuiuspiam committimus. At quomodo circa hæc magnitudinem circa illa, quæ sunt ex accidenti, erretur, expositum ab eo non est. Quòd fortasse non eorum, quæ ex accidenti sentiuntur, sed propriorum dantur comparatione, in communibus hæc errare nos dici existimaret.

Philoponus autem cum vtriusque comparationem fieri arbitratus, in ea difficultate explicanda laborat plurimum. Eoque deducitur, vt duplici ex accidenti sensili distincto: indiuidua scilicet substantia, quæ nullo sensui per se sentitur, & sensibili vnius sensus proprio comparatione alterius; de priore dicat superius affirmatum fuisse, certiore esse communium sensum, quam eorum, quæ ex accidenti sentiuntur. A communibus enim magis afficitur; immò ab indiuiduis substantiis omnino nihil. De posteriori autem nunc pronuntiam; errare magis sensum circa communia. Quoniam id, quod propinquius est illi, quod est semper verum,

Dionysius

rum, verius est eo, quod longius ab illo distat: quod autem est alio sensu sensibile, sensibilibus propriis cognatum magis est, quam sint communia. Neutrum enim illorum à materia separabile est, quemadmodum separantur communia; dum in mathematicis disciplinis abque materia intelliguntur.

Hæc optimi alioqui interpretis expositio nulla ex parte probanda est. Primum enim non reperio, vbi nam antea fuerit dictum, communia iis, quæ sunt ex accidenti, certiora esse. Sed solum in tex. 135. minus latere nunc affirmavit pluribus sensibus cognita, quam si vnico sentirentur sensu. Quod si id colligatur ex eo, quod in tex. 133. & 134. probauit sentiri per se quia sentiuntur per motum, quem inferunt sensui; dum ea, quæ ex accidenti vocantur, nihil omnino mouent. Verè quidem colligetur: Siquidem hæc ipsa est causa, cur circa propria erremus minime: non solum quia propria sunt, itque maximè constituitur & determinatur sensus. Verùm multò magis quòd plurimùm sensilia sint, & primò sensilia, vehementissimeque agant in sensum: quam ob rem si remotiora sint & minus agant, fallax consequitur sensus. Eo tamen loco non de substantia modò indiuidua sermo est, sed vniuersè de omni sensili ex accidenti. Immo duplex ibi distinguitur; Cleonisque filius nominatur, & dulce profertur comparatione aspectus ac proprium vnumquodque comparatione alterius sensus, cuius proprium non est. Iam verò non de substantia indiuidua, sed de propriis sensuum aliorum sensibilibus dicere sermonem esse; tum Aristotelis verbis aduersatur, tum ipsiusmet Philoponi interpretationi. Cùm enim secundo loco sensibile ex accidenti illud dicitur, cui propria sensilia accidunt; & rursus tertio loco sensilia communia consequi ea, quæ sunt ex accidenti, quibus insunt & propria: an non indiuidua substantiæ vel ipsomet Philopono interprete significantur? Ratio præterea, qua communium sensum probauit magis fallacem esse, quàm eorum, quæ ex accidenti posteriori modo dicuntur; fallax profus est. Tum quòd si communia abstrahuntur à materia, mente abstrahuntur; non sensu, qui omnia in materia sensili cognoscit. Mens verò non communia solum, sed & propria abstrahit, dum vniuersam coloris aut soni cæterorumque naturam considerat. Immo inter accidentia omnia in rebus existunt sensusque percipiuntur, nullum est cum materia magis coniunctum, quàm quantitas; quæ tanquam illius proprietates eam primò & immediatè consequitur. Tum verò, dum de propinquitate & cognatione sensilium quaeritur; aut ea in ratione entis considerari potest, aut in ratione sensilis. In ratione entis communia sensilia propinquiora sanè sunt & magis connexa cum propriis, quàm sit vnum proprium cum alio proprio. Illa enim prior conexio necessaria profus est: siquidem nullus color nec eiusmodi aliud sensibile proprium esse potest, nisi quantum sit & figuratum, motum aut quiescens, vnum aut multa. Hæc autem posterior accidentaria profus. Quæ enim coloris & soni, sonique & odoris conexio? In ratione autem sensilis, quatenus inquam afficiunt sensum; maior quidem est duorum propriorum cognatio, quatenus vtrumque proprium est & ad suum sensum refertur. At nunc comparatione eiusdem sensus considerantur; natenus vnum est proprium, alterum ex accidenti: atque hoc modo magis cum proprio conuenit

A commune, quod sensum mouet ac per se sensibile est, quemadmodum proprium; quàm id, quod nullo modo afficit sensum, sed ex accidenti solum sentiri dicitur. Quam ob causam idem ipse Philoponus in commentario tex. 133. sensilia propria dixit per se primò sentiri, communia per se secundariò; quæ ex accidenti, nullo modo, Immo inquit in commentario tex. 65. opus habent ratio cinatione, vt cognoscantur; & ideo à solo homine, non à bestis, percipiuntur.

Hæc aduersus Philoponum satis. Ex quibus intelligas, quod à philosopho nunc de sensibilibus communibus dictum est (circa quæ maximè iam sensus errare potest) non comparatione tum priorum, tum eorum, quæ ex accidenti sentiuntur, pronuntiatum fuisse; sed comparatione propriorum duntaxat. Cùm enim in his dixisset sensum aut nunquam aut rarissimè errare: tum de iis, quæ ex accidenti; tum de communibus, seorsim de singulis, sensum adiunxit in illis errare. Quòd si quis obijciat aduerbium illud (maximè) quod plurimum comparatione dici videtur: id sciat fuisse additum quasi oppositum alteri illi, quod de propriis affirmauerat, vt in propriis *ελαττω* minimùm ac rarissimè; in communibus *επιεικτα*, maximè & sæpissimè errare nos intelligeremus.

C Iam verò, si hæc omnia, vt antea dixi, eo spectant, vt phantasia quoque, quæ à sensu mouetur, interdum vera, interdum falsa esse ostendatur; quia sensus modò verus, modò falsus existit; verus circa propria ferè, falsus circa communia & quæ ex accidenti. Consequens erit phantasiam item circa propria, quandiu operatur simul cum sensu (simul inquam, vt antea positum est facultates hæc operari posse, non eodem tamen planè momento temporis; sed phantasia quidem actum suum promente post sensum, dum tamen huic quoque præsens adest obiectum) si sensus sit verus, esse veram; si falsus, falsam. Quare plerumque vera, rarò falsa erit. Quòd si non simul cum eo agat, sed quidpiam aliquantò antea sensu perceptum imagnetur, fallitur sæpiùs; quòd secus res habeat, quàm haberet antea. Itaque cùm phantasia dicitur imitari sensum, de ea dicitur, quæ sit cum sensu. Quodque in tex. 136. traditum est, sensum semper esse verum, phantasiam per sæpè falsam; de propriorum sensu intelligas; deque phantasia, quæ non præsentem sensu, sed procedente tẽpore sensuque cessante operatur.

Atque hæc est duplex phantasia à Philopono distincta. Altera, quæ suscipiat formas. Altera, quæ effingat quod vult. Illa semper vera, hæc sæpè falsa. Non enim duplicem facultatem intelligere debet, sed duplicem operandi modum. Alterum præsentem obiecto, quod per sensum moueat suamque formam cognitam quasi imprimat. Alterum eo absente neque mouente, sed phantasia sola operante. Circa communia verò & quæ ex accidenti, siue absens sit sensus, siue præsens, falsa per sæpè est. Quia et si adsit sensus, errat is tamen in his per sæpè. Atque vt vno verbo dicam; dum ea imaginatur, quæ sensu comprehenduntur, similis illi efficitur, quem planè sequitur: estque sensus tum veri, tum falsi auctor. Sin autem ea potestare vtatur, qua absentia quoque & quæ sensu non sentiuntur, fingere potest; crebrior multò subest error; aut ipsius culpa, quæ nimia libertate vagatur: aut obiecti mutabilitate & inconstantia.

Quamquam hanc fingendi ea, quæ non sunt, at-
 DDDD iij

Phan-
 tasia vt
 vera &
 falsa.

Phan-
 sia du-
 plex.

Sensilia
 communia
 magis
 connexa
 sunt
 propriis
 quàm
 vnum
 proprium
 cum
 alio

que à sensu descendendi libertatem verè fortasse dixit Simplicius humanae phantasiae, quae propter rationis consortium multò perfectior existit, propterea enim tres in natura phantasiae gradus agnosces. Primum imperfectum, indeterminatum, & indistinctum: qui in omnibus vel abiectissimis animalculis inest; dum à praesenti iucundo aut molesto per mota prosecutionem aut fugam imaginantur. Alterum perfectum quidem, determinatum, & distinctum: qui in perfectioribus distinctas rerum, quae sunt, siue praesentes sint, siue absentes, imagines format. Tertium perfectissimum atque efficacissimum hominis proprium; qui non solum absentia, sed ea quoque, quae non sunt, fingit. Verè namque circa non ens versari rationis proprium esse videtur; solumque illi sensui, qui rationi proximus est & cum ea coniunctus, quoquo modo concedi posse: non ut omnino non entia comprehendat; sed ut plura entia copulando, ut hircum & ceruum, non ens effingat, hircoceruum.

Phantasia tres gradus.

TEXTVS.

Ἡ δὲ φαντασία τῶν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας γινώσκουσα, διότι τῆς αἰσθητικῆς τῆς ἀπὸ τοῦ τοῦ τῆς αἰσθητικῆς, καὶ ἢ τῆς αἰσθητικῆς τῆς αἰσθητικῆς ἀλλοτρίως ἐστὶν ἢ τῆς αἰσθητικῆς, καὶ ἢ τῆς αἰσθητικῆς τῆς αἰσθητικῆς καὶ ἢ τῆς αἰσθητικῆς τῆς αἰσθητικῆς.

Motus autem ab actu factus differt à sensu, qui ab his tribus sensibus. Et primus quidem praesente sensu verus; alij autem ex praesente & absente fuerint utique falsi: ac praesertim cum procul abest sensibile.

COMMENTARIUS LXVII.

Phantasia à sensu differre ostendit. At quorsum? duas opinor ob causas. Primum quoniam ex iis, quae dicta sunt, tum phantasia esse motum factum à sensu; tum ea esse illi similem, circaque eadem obiecta versari, eiusque veritatem & falsitatem imitari; suspicari quipiam potuisset nihil eam à sensu differre. Deinde ut propositam phantasiae definitionem confirmaret. Idcirco enim cum duplex discrimen adferat, primum ex ea definitione petitur. Nam si phantasia motus est à sensu factus, cum effectum à sua causa & motum à mouente diuersa esse oporteat; phantasia utique à sensu diuersa fuerit. Itaque quo modo Philoponus phantasiae audiens differre à sensu, convenientiam illorum & communitatem affirmare potuerit assignari; ego quidem certè non video. Neque magis intelligo, cur verborum ordinem turbet. Sic enim legendum ait; Motus ab actu factus, qui ab his tribus sensibus excitatur, differt ab omnibus sensibus: eum Aristoteles ipse alio planè intellectu orationem suam disposuerit. Motus, inquit, ab actu factus, hoc est phantasia, quae motus factus à sensu actu definita est; à sensu eam mouente, qui est ab his tribus sensibus (sensum pro sensili posuit; nec mirum, cum de sensu & sensili actu loquatur, quorum vnum & eundem re actum esse antea demonstrauit) hoc est à propriis, ex accidenti, & communibus; hoc est ab omni sensu diuersa est. Siquidem triplex hoc obiecti genus sensum omnem comprehendit; omnisq; aut proprii, aut accidentarij, aut communis obiecti est.

Phantasia est.

Quibus paucissimis verbis tum haec differre asse-

rit, tum differentiam ostendit; quòd sensus sit caecus, phantasia effectus; ille agens & mouens, haec passiva & motum. Tum eam ex definitione colligit, & essentialiam atque intimam esse demonstrat, & definitionem illam confirmat ut optimam. Alterum discrimen est; quòd à sensu praesentia solum sensilia sentiunt, phantasia absentia quoque imaginantur. Cognitionem porrò, quae absentium itè esse potest, differre constat ab ea, quae praesentium diuina est.

At cum hoc duplici discrimine similitudinem illam & conuenientiam adiungit; quòd & sensus & phantasia circa sensilia propria aut semper verè sunt, aut quàm rarissime fallat. Circa ea verò, quae sunt accidenti, aut communia, ut sensus errat per insensibile phantasia (siue cum sensu, siue eo cessante operetur) modò vera est, modò falsa. Eoque facile erabit, si procul fuerit obiectum, & minus valide clarè moueat. Hoc nimirum sibi voluit illa verba primus praesente sensu versus est. Primum inquam motus circa sensilia propria factus, hoc est proprium phantasiae: quam tum motum appellat, quia ita definita fuit; tum primum motum, siue quòd superioribus verbis eum triplex sensuum genus commemoraret, primo loco posuit propria: siue quòd haec prima sensilia sunt, quae per se primò & sufficienter sensum & phantasiae mouent; communia secundario; & idèd ἀλλοτρίως nominata fuerunt; quae verò ex accidenti, idèd solum senti dicuntur, quòd sentiantur propria. Ac rursus illa (alij autem sentiunt) qui scilicet duo motus eorundem phantasiae; quae ex accidenti aut communitate sentiuntur.

Quòd verò ait sensu praesente phantasiae operari, causa (inquit Philoponus) Themistio fuit estimandi phantasiae & sensum simul operari posse. Verum id perinde accipiendum est ac si dixisset, statim atque sensus praesens fuerit, aut praesente adhuc obiecto sensili, nulla longiore mora inter sensum & phantasiae operationem interueniente. Illud porrò ab eodem Themistio verè scriptum fuit in eodem cap. 14. suae paraphrasos; Quoties sensus circa sensibile agit, toties & phantasia operari. Nihil tunc motionem sensus perciperet, neque quam eadem illa obiecta cessante sensu efformare sibi atque imaginari posset. Praesente igitur sensu excitatur illicò phantasia, inquit Simplicius; tamen illud nos interdum lateat. Aut propter sensus vehementiam, quae tantopere occupat animam, ut in eam vnam actionem incumbat tota. Aut quòd longius distet obiectum, ab eo quoque nimis tenuiter motus sensus minus phantasiae moueat. Horum vtrorumque vbi cessauit sensus, nec recordamur, nec phantasiae formamus; sed eorum, quae operante sensu imaginati quoque sumus.

TEXTVS.

Ἐάντις ἡ φαντασία τῶν ἀπὸ τῆς ἐνεργείας γινώσκουσα, διότι τῆς αἰσθητικῆς τῆς ἀπὸ τοῦ τοῦ τῆς αἰσθητικῆς, καὶ ἢ τῆς αἰσθητικῆς τῆς αἰσθητικῆς ἀλλοτρίως ἐστὶν ἢ τῆς αἰσθητικῆς, καὶ ἢ τῆς αἰσθητικῆς τῆς αἰσθητικῆς καὶ ἢ τῆς αἰσθητικῆς τῆς αἰσθητικῆς.

Si itaque nil aliud habent ea, quae dicta sunt, quàm phantasia (hoc autem est, quòd dictum est) phantasia triplex fuerit motus à sensu actu factus.

COMMENTARIUS LXVIII.

Themistius & Philoponus phantasiae nunc primum definiunt. Simplicius non definit.

ita mente plurimum uiuit & agit, non phantasia.

Bestia his nituntur solis, quod nil habeant melius.

Hunc locum alia duo illustrabunt. Alter in tex. 32.

Alter in proximo librorum Metaph. Bestia enim,

quae ratione caret, phantasia, aut etiam memo-

riis utrobique scripsit uiuere: hoc est phantasia

praesentium & memoriae praeteritorum: quae ambae

in altero loco phantasiae communi nomine conti-

nentur, quoniam memoria nil aliud est, quam pha-

ntasia rei antea cognitae imaginem sibi efformans.

Hominem autem ratione praeditum ratiocinationi-

bus gubernari. Quibus uerbis exponit, quid signi-

ficeret uobis, quem hic nominat. Nam utroque in loco

λογισμός interpretatur, & in altero διδρασκω addit. Ut

idē sint uobis, λογισμός, & διδρασκω, nisi quod διδρασκω

latius patet; nec eam modō, quae ratiocinando acquiritur,

sed omnem planē intelligentiā significet. Nec du-

bium, ubi de agendis est sermo, intellectū practicum

intelligendum esse; qui tum de illis ratiocinatur, tū

agendi principium existit: etsi non sine phantasia;

quia de sensibilibus rebus ratiocinatur, circa quas

actiones ea, de quibus est sermo, versantur. Verum

tunc homo dicitur mente & ratione uiuere, quādo

ea utitur & qua parte homo est operatur. Fit enim

non ratio, ut obruta & impedita mente non agat ut

homo, sed ut animal & bestia. Tuncque idem in eo,

qui in bestiis ceteris, phantasiae usus est.

Sane tribus modis ita obruitur & impeditur mēs

in suo munere fungi nequeat. Primum; perturbati-

one ut effrenata ira vel indignatione, immoderata

tae cupiditate aut timore. Siquidem anima uni

tota applicata ab aliis sese subtrahit. Deinde mor-

bo; ut phrenesi, delirio, furore, ebrietate. Tum uerō

fomno. Duobus, n. modis impeditur facultas que-

piam, ne operetur, aut impeditio turbatoe subie-

cto; aut quod a potentiori facultate & operatione

retrahatur corpus, cuius intellectus est forma,

turbatur & impeditur morbo; retrahitur autem

ipse fortiori actione; aut nutritis uirtutis, ut in sō-

no, aut sensus, ut in perturbacionibus uehe mē-

tionibus. Has enim ob causas cum phantasia non

dominetur aut omnino non uiget mēs, phantasiae

ad agendum impellimur: Puerilem aetatem iure op-

timo addit Simplicius. Quoniam in ea ob corpo-

ris ineptitudinem atque imperfectiōnem nondum

uiget nec operatur mens; sed quasi fomno sopita

detinetur: eaque uita nostrae parte phantasiae ut be-

stia uiuimus. Quemadmodum enim, inquit in

Timaeum Proclus, in his, qui aetate sunt prouectio-

re, delirio feriat ratio; sic in recens natis adest

quidem, ob amentiam uerō obtenta in otio est.

Rectē autem adnotauit Philoponus; cum Ari-

stoteles non dixerit mentem in nobis quidquā pa-

ti, sed duntaxat obtegi, obrui & quasi obnubilari;

satis clarum esse, rationalem animam immortalem

eum esse credidisse. Quippe in textu quoque 65. libri

primi mentem dixit non corrumpi: & tex. 66. in-

telligere quidē & contemplari aliquo intus corru-

pto marcescere; ipsum tamen impatibile esse.

Ceterum paucis haec omnia perstringam. Finis,

cur animalibus tributa fuerit phantasia, est, ut in illis

agendi principium sit; appetitum scilicet excitado

re sensibili appetenda aut respuenda proposita. Etsi nō

eodem modo in animalibus omnibus exequatur.

Nam in quibusdam semper & per totā uita eo fun-

gitur munere; ut in bestiis, quae meliori principio

carent. In aliis, quae mentē quoque habent, ut in ho-

mine, certis solum quibusdā temporibus, quibus

non operatur mens. Illi namque tunc phantasia sue-

cedit, atque operationibus, utique nostrae dominatur.

Neque haec aduersantur illi, quod in tex. 154. di-

ctū est, phantasia affectū nullum permouere, sed

perinde nos imaginando habere, ac si timenda vel

confidenda in pictura spectaremus. Etenim phan-

tasia sanē per se considerata nullū excitat appetitū

motū; sed interueniente opinione, quae res uera exi-

stimetur; aut in bestiis memoria, se aliquando ab ea

re quidpiam fuisse passas. Nam appetitus fertur in

rem ut est in se, cognitio in eam ut est in cognoscē-

te. Quare dū opinamur rem ita esse, aut ita aliquan-

do fuisse recordamur; commouemur sanē; dū ima-

ginamur solum, non item.

Alium eiusdē phantasiae usum hominis propriū

qui est ad intelligendū & omnino menti, dum cō-

templatur, famulandū; post idem philosophus ex-

ponet, ubi mentem dicit, cum contemplatur, ne-

cesse esse phantasmata simul contemplari. Quare tū

contemplatur, tum breuius principium quodammodo est.

Sed posteriorē hunc usum nunc praetermisit; quōd

hominis proprius sit, de quo solis animalibus hoc

loco ageret; quaeque omnibus cōmunia sūt, quereretur.

At inquiet Philoponus uel apud eum Plutarchus,

phantasiae nil menti & dianae conferre: quin ab

his potius expurgari, absolui, & perici. Et in Pha-

done Plato, eam animo implexam actionem illius

turbare. Verum profecto animaduertimus, nos nisi

imaginando non ratiocinari nec omnino intelligen-

re; ne ea quidem, quae sua natura sunt incorporea,

neque habere phantasma possunt. Quod ex coniun-

ctione nimirum mentis cum corpore corporeisq;

sensibus oritur. Propterea enim sensus & phanta-

sia antecedere debent, quae obiectum illi proponat

atque ad intelligendū prouocent. Mens tamen ut

diuiniore uis est, potest a corporeis ad incorporea

transire, phantasiaeque incorporea tanquam

corporea cum quantitate & figura imaginan-

tem corrigere & expurgare, nudam incorpoream

naturam a quantitate & figura liberando eamque

per se solam concipiendo. Quocirca eatenus pha-

ntasia dici potest animi actiones turbare, quatenus

minus sinceram, sed cum sensibus accidentibus &

conditionibus, rei cuiusq; praesertim incorporeae

naturam proponit. Verē autem Themistius prodit

in lib. de mem. & remin. eam modō cōmodare

modō incōmodare ratiocinanti: cōmodare in ma-

thematicis, incōmodare in diuinis & immateria-

libus contemplandis.

Digressio xvii. De cogitatricē uirtute, Memoratricēque.

Quae ab Aristotele de sensibus disputantur, hae

finem habent. Neque enim aliam is phantasia

superiorem facultatem esse credidit. Sed statim ad

intellectum & mentem disputatio progredietur.

Mihi uerō duo antea praestanda sunt. Alterū, est di-

cere de cogitatricē uirtute, quā in homine Auerroës

posuit. Alterum de mem. & remin. quas si non fa-

cultates, habitus certē aut affectiones sensus ipse

met philosophus nominauit.

Quod in animalibus ceteris aestimatrix est, in-

entiones nō sensibiles, amici & inimici, uilis & no-

xij diudicans; hoc in homine cogitatricem esse Au-

uerroës uoluit, & post eum cōtenderunt eius disci-

puli. Materialem hanc esse sentientemque uirtutem

statuunt, & substantiam singularem cognoscere;

quemadmodum intellectus uniuersam ac ceteri

sensus accidentia sola percipiunt. Immo & cōpo-

nerere ac diuidere, circaque res singulas ratiocinari, ut

circa uniuersas intellectus. Et ideo inter intellectū

ac sensus ceteros mediam esse, rationeque quoquo

modo participare; atque humanas actiones & uita

nostram administrare. Omnino hanc esse propriam

Phantasia ut appetitū excitet.

Phantasia ut in cell. aut profertur obse.

De cogitatricē uirtute & memoratricēque opinio.

48

ita mente plurimum uiuit & agit, non phantasia.

Bestia his nituntur solis, quod nil habeant melius.

Hunc locum alia duo illustrabunt. Alter in tex. 32.

Alter in proximo librorum Metaph. Bestia enim,

quae ratione caret, phantasia, aut etiam memo-

riis utrobique scripsit uiuere: hoc est phantasia

praesentium & memoriae praeteritorum: quae ambae

in altero loco phantasiae communi nomine conti-

nentur, quoniam memoria nil aliud est, quam pha-

ntasia rei antea cognitae imaginem sibi efformans.

Hominem autem ratione praeditum ratiocinationi-

bus gubernari. Quibus uerbis exponit, quid signi-

ficeret uobis, quem hic nominat. Nam utroque in loco

λογισμός interpretatur, & in altero διδρασκω addit. Ut

idē sint uobis, λογισμός, & διδρασκω, nisi quod διδρασκω

latius patet; nec eam modō, quae ratiocinando acquiritur,

sed omnem planē intelligentiā significet. Nec du-

bium, ubi de agendis est sermo, intellectū practicum

intelligendum esse; qui tum de illis ratiocinatur, tū

agendi principium existit: etsi non sine phantasia;

quia de sensibilibus rebus ratiocinatur, circa quas

actiones ea, de quibus est sermo, versantur. Verum

tunc homo dicitur mente & ratione uiuere, quādo

ea utitur & qua parte homo est operatur. Fit enim

non ratio, ut obruta & impedita mente non agat ut

homo, sed ut animal & bestia. Tuncque idem in eo,

qui in bestiis ceteris, phantasiae usus est.

Sane tribus modis ita obruitur & impeditur mēs

in suo munere fungi nequeat. Primum; perturbati-

one ut effrenata ira vel indignatione, immoderata

tae cupiditate aut timore. Siquidem anima uni

tota applicata ab aliis sese subtrahit. Deinde mor-

bo; ut phrenesi, delirio, furore, ebrietate. Tum uerō

fomno. Duobus, n. modis impeditur facultas que-

piam, ne operetur, aut impeditio turbatoe subie-

cto; aut quod a potentiori facultate & operatione

retrahatur corpus, cuius intellectus est forma,

turbatur & impeditur morbo; retrahitur autem

ipse fortiori actione; aut nutritis uirtutis, ut in sō-

no, aut sensus, ut in perturbacionibus uehe mē-

tionibus. Has enim ob causas cum phantasia non

dominetur aut omnino non uiget mēs, phantasiae

ad agendum impellimur: Puerilem aetatem iure op-

timo addit Simplicius. Quoniam in ea ob corpo-

ris ineptitudinem atque imperfectiōnem nondum

uiget nec operatur mens; sed quasi fomno sopita

detinetur: eaque uita nostrae parte phantasiae ut be-

stia uiuimus. Quemadmodum enim, inquit in

Timaeum Proclus, in his, qui aetate sunt prouectio-

re, delirio feriat ratio; sic in recens natis adest

quidem, ob amentiam uerō obtenta in otio est.

Rectē autem adnotauit Philoponus; cum Ari-

stoteles non dixerit mentem in nobis quidquā pa-

ti, sed duntaxat obtegi, obrui & quasi obnubilari;

satis clarum esse, rationalem animam immortalem

eum esse credidisse. Quippe in textu quoque 65. libri

primi mentem dixit non corrumpi: & tex. 66. in-

telligere quidē & contemplari aliquo intus corru-

pto marcescere; ipsum tamen impatibile esse.

Ceterum paucis haec omnia perstringam. Finis,

cur animalibus tributa fuerit phantasia, est, ut in illis

agendi principium sit; appetitum scilicet excitado

re sensibili appetenda aut respuenda proposita. Etsi nō

eodem modo in animalibus omnibus exequatur.

Nam in quibusdam semper & per totā uita eo fun-

gitur munere; ut in bestiis, quae meliori principio

carent. In aliis, quae mentē quoque habent, ut in ho-

mine, certis solum quibusdā temporibus, quibus

non operatur mens. Illi namque tunc phantasia sue-

cedit, atque operationibus, utique nostrae dominatur.